

§ 58	In cuius locum eodem domino Anonne inprovidē regem interpellante contra electionem Treverensium suus <u>prepositus</u> <u>Cūnradus</u>, admodum probate persone clericus, designatur, pro quo^e Nemidonensis^f episcopus ad sedem transmittitur. <u>Treverenses</u> autem in defendendo iustam^g causam <i>iusticie</i>¹³ <i>modum excedentes</i> legato regis pessime tractato sibi designatum hostiliter capientes et divinis iudiciis reservanda suis ante tempus usurpantes quodam milite <u>Theoderico</u> id pre ceteris patrante de rupe in altum precedente prius multis modis castigatum bis precipitabant, bis pene divinitus inlesum inveniebant. Tercia vice deiectus post tale tantumque purgatorium et, ut magis dicam, <u>martirium</u> extrema patitur et post aliquantum temporis ab insanis corpus obruptum cane monstrante inventum	sacerdotalibus vestimentis indutus, requievit in pace. Cui <u>Conradus</u> Colonien-sis <u>praepositus</u>, electus a rege, succedere debuit, sed a clero et civibus <u>Trevirensibus</u> refutatus est. Unde quidam comes de militia Trevirensi nomine <u>Theodoricus</u> eundem Conradum Trevirim tendentem comprehendit et diu sub custodia maceratum quatuor militibus enecandum commisit. Qui dum eum ter per quoddam praecipitum deiecissent et nihil sibi nisi brachium collidere possent, unus ex illis poenitentia ductus ab eo veniam impetravit, alius autem volens eum decollare, maxillam eius tantum abs-cidit. Et sic ipse Deo dignus <u>martyr</u> ad Dominum migravit Cal. Iun., sepultus ad abbatiam quandam nomine <u>Doleiam</u>. Tres autem milites, mortis illius autores, digna ultio postmodum subsecuta est, nam unus eorum	sacerdotalibus vestimentis indutus, requievit in pace. Cui <u>Cuonradus</u> Coloniensis <u>prepositus</u>, electus a rege, succedere debuit, sed a clero et civibus <u>Trevirensibus</u> refutatus est. Unde quidam comes de militia Trevirensi nomine <u>Theodericus</u> eundem Conradum Treverim tendentem comprehendit et diu sub custodia maceratum quatuor militibus enecandum commisit. Qui dum eum ter per quoddam precipitum deiecissent et nihil sibi nisi brachium collidere possent, unus ex illis penitentia ductus ab eo veniam impetravit, alius autem volens eum decollare, maxillam eius tantum abs-cidit. Et sic ipse Deo dignus <u>martyr</u> ad Dominum migravit Kal. Iunii, sepultus ad abbatiam quandam nomine <u>Doleiam</u>. Tres autem milites, mortis illius auctores, digna ultio postmodum subsecuta est,
------	--	---	---

e) que A.

f) Nemidonensem episcopum A.

g) iusta causa A.

13) *Augustinus, De vera religione c. 26.*